

Georg Christoph Detharding

**Programma Qvo Anatomiam In Svbiecto Foeminino : Crastina Lvce
Svbseqventibvs Diebvs Hora III. Pomeridiana In Theatro Anatomico Pvblīce
Habendam Indicit, Atqve Ad Eandem Magnificvm DominVm Rectorem, Vtrivsqve
Reipvblicæ Proceres, Omnesqve Omnivm Ordinvm Cives Academicos Ea, Qva
Par Est, Hvmanitate Invitat**

Rostochii: Typis Io. Iac. Adleri, [1741?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1842705555>

Druck Freier  Zugang



15082

PROGRAMMA
QVO
ANATOMIAM
IN
SVBIECTO FOEMININO
CRASTINA LVCE ET SVBSEQUENTIBVS DIEBVS
HORA III. POMERIDIANA
IN
THEATRO ANATOMICO
PVBLICE HABENDAM
INDICIT,
AT QVE AD EANDEM
MAGNIFICVM DOMINVM
RECTOREM, VTRIVSQUE REIPVBLICÆ
PROCERES, OMNESQVE OMNIVM ORDINVM
CIVES ACADEMICOS
EA, QVA PAR EST, HVMANITATE
INVITAT
**GEORGIVS CHRISTOPH.
DETHARDING**

Anatom. Profess. Publ. Ord.

ROSTOCHII
TYPIS IO. IAC. ADLERİ, SERENISS. PRINC. ET
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

WZL 2
6/1741
32.04.11



ui primus ridendo vera dicenda
commendavit, probe quidem intel-
lexit, veritatem ex nuditate con-
temptui habitam, eleganti fig-
mentorum habitu decoratam o-
mnium spectantium oculos & ani-
mum in se convertere; Sed & in-
simul effecit, ut regula haecce in
pessimos degeneraverit abusus, & sarcasmis, ironiis, & lo-
cationibus satyricis occasionem suppeditaverit uberrimam.
Inter tot hujus rei documenta allegasse sufficiat proclivi-
tatem sexus virilis ad foeminarum vitia tam corporis, quam
animi propalanda, & quasi microscopeo usi fuissent, quo
pulex elephantum simulat, ad minimas quasvis deviationes

X(2

lar-

largo sermone ebuccinandas. Hem ! quantane Scommata eructantur in volubilitatem linguæ huic sexui propriam , cum accrescente ætate , quæ reliqua membra cæte- oquin torpida reddere assolet , non remittentem , sed potius augmentum capientem ; quanto vitio vertitur fœminarum in propalandis & divulgandis arcanis promptitudo ; quam non deridetur intempestiva ob res nullius pretii , excandescens ; quot non vicibus propensio in segnitiem , voluptates , Zelotypiam atro notatur carbone , etc. Evidem inficias ire nolo , imbecillitates supra memorates , sub conversatione cum mulierculis detegi subinde posse , quarum origo in educatione molliori , vita genere ab occupationibus seriis alieno , & consuetudine passim quærenda ; ast cum pudore insimul confitendum esse censeo , eadem vitia , si non majora viris haud paucis exprobrari posse . Sane , si quando sexui sic dicto sequiori eadē esset data & animi excellentia , & idem corporis robur contingeret , sique libertas eidem concessa , inquirendi in Virorum actiones , hasque dijudicandi , pariter via- tia , aberrationes , anomaliae in sexu nobiliōri , doctorum Ius⁹ ingenii , indoctorum phantasie praeberent amplissimam messen colligendi vanitates , & uberrimam regerendi ansam , proprio se metirent viri modulo , & examinarent mantice , quod in tergo est . Si quid tamen cri- stas Virorum importune dicacium exigere fuerit (prout improbus mortalium mos , verba sacri Codicis præter omniem necessitatem , imo verum sensum , in partes suas trahere annuitur) epitheton est *infirmitatis vasis* , vel uti B. Lutherus id exprimere voluit Germanice : *Des schwächsten Werck Zeuges* , quo divus Petrus utitur , tanquam arguento , ad tolerandas & melius haben- das

das fœminas. An vero exinde male audiat fœminarum chorus, vel anne magis verisimile, Petrum verbis infirmioris vasis easdem magis laudare, quam vituperare voluisse, sub judice lis est. Majori namque in pretio sunt horologia minora, quæ ad nutum horas repetunt, fragiliora quamvis, quam majora, quæ singulis saltetem horis progressum temporis determinant; pluris æstimatur herba ex teneritudine & sensibilitate sensitiva dicta, quam quercus ardua, vehementissimis procellis immota resistens; præferimus vestimenta ex holoferico multo artificio concinnata, licet aeris injurias a corpore magis arceat. Loquar clarius: Illa, quae in sexu fœminino culpatur imbecillitas, sive fit animi, sive corporis, exinde ortum trahere videtur, quod destinatus sit negotio cumdam magna cura, accurato ordine & exquisitissimis motibus absolvendo, ut levissimus in eodem commissus error maximis anomalii ansam præbere possit.

Digitum intendo ad negotium proliferationis: quod sub prima conceptione inter utrumque sexum fuit divisum, sed magno valde discrimine. Nolo verba Viri cujusdam cruditi mea facere, qui tam parum conferre ait Marem ad negotium generationis, ut vix, quasi Virum se præstisset. Viri mereatur vel Patris nomen, hoc tamen experientia fundatum, non per tot momenta eundem actui isti vacare, quot imenses fœmina impendendos habet, donec finis desideratus sit obtentus. Quando enim fœmina ad pubertatem accessit, quod circa decimum quartum annum ut plurimum contingere afolet, prius quam sub nexu conjugali, pignus illud amoris mutui finui matris concredit, præparatur hocce hospitium, ne nutrimentum ipsi

in eo commoranti deficiat, testantibus catamenii, singulis mensibus se exserentibus. Quodsi jam diverticulum suum fœtus occupavit, sub accretione ejusdem accrescent molestiae gravidis familiares. Detrahitur sueto nutrimento, quo hoc impendatur Embryoni. Expanditur uterus in immensam molem, ut mirum quantum aucta non tantum in intuitum oculos incurrat, verum & sarcina sua gestanti haud parum laboris conciliet. Propria exinde cedant necesse est viscera, quo pusio justum sibiique commodum habeat locum. Noctes subinde fiunt insomnes, quoties novus hospes motitazione sua situm in diversorio mutat. Quando denique hic extra claustra, post novem menses peractos prorepere contendit, saeviat mater opus est, in proprium corpus, dolores per vices repetentes, & tales heroico animo, & nisu audaci habet perferendos, quos omniscius rerum Moderator in comparationem vocat, quando angores, cruciatus mentis corporisve summos describere jubet Nuncios suos. Excluso miranda plane ratione, & non nunquam cum vitæ discrimine partu, domicilium relictum est expurgandum, quod iterum novas molestias postulat; partium porro extensarum admodum, sive ruptarum contractio & consolidatio sub silentio exspectanda. Presso pede sequitur nova de nutriendo tenello per mammas sollicitudo, quod negotium quantis difficultatibus, & quantis cruciatibus subinde sit stipatum, ii norunt, quibus medela horum affectuum committitur, ut silentio denique praeterea symptomata circa ablactationis negotium saepe numero obvia. Aetuum vero supra memoratorium momentorum, & discriminum plenorum non unica luditur scena, sed plurimum sexies, decies, sedecies, & ultra
re-

repetitur, Maribus in area theatri spectantibus; quis horum porro ausus fuerit, de corio foeminarum verbis spinosioribus ludere, & vasis infirmitatem in tot commoda cedentem, vertere in vitium? Nec enim aliter fieri potuit, quin ad officia supra memorata a foeminis praestanda, fuerint plura organa necessaria, negotiorum mediantibus illis expediundorum observetur ordo accuratus admodum, ne dispendium vel sanitatis vel vitae inferant, hinc oriatur major tam corporis, quam animi sensibilitas, haec sensibilitas occasione suppeditet proclivitati in pathemata animi preperantius justo furgentia. Finem ergo procreationis solum qui volunt, velint etiam, vel saltem patienter ferant media, sine quibus ille vel plane non, vel saltem difficulter, vel raro admodum obtineri potest.

Pergerem in hac defensione, cuius primas saltem lineas duxi, & adjungerem anomalias, quae durante gravitate haud absque sanitatis & vitae periculo passim contingere assolent, quorundam referendae haemorrhagiae ute-ri, abortus, molae, lochiorum vitia &c. Item, quænam symptoma iis evenire foeminis soleant, in quibus, fertilitatis, annis elapsis, menstruus fluxus cessare assolet, nisi ex Munificencia *AMPLISSIMI* hujus urbis *SENATUS* occasio fuerit subministrata, in cadavere Fœminino veritatem assertorum ad oculum demonstrandi, ut hiscere contra illam velle, parum a litigandi studio esset alienum habendum. Accedatis ergo quo, quo contemplemini, quod & circa formationem fetus foemini Deus se praefitterit mirabilem; quo primas sedes vestras occultas, sed in occulto splendoris Creatoris plenas reverenti animo intueamimi, Videbitis singulas

cor-



3 (o) 5


corporis' humani partes earundem situm, strueturam, con-
nexioem, & usum, in quibus formandis Divina se e-
xercuit manus, & quibus tanquam sigillo, maximum
creationis opus obsignavit.

P.P. d. 30. Nov. A. R S. MDCCXLI.
TESSERA ANATOMICA.

DIES POSTERIOR PRIORIS DISCIPULUS,

1741





(o)

An vero exinde male audiat fœminæ vel anne magis verisimile, Petrum veras easdem magis laudare , quam vi- , sub judice lis est. Majori namque in ologia minora , quæ ad nutum horas a quamuis, quam majora, quæ singulis fal- sum temporis determinant ; pluris æstima- ritudine & sensibilitate sensitiua dicta, duæ , vehementissimis procellis immota unius vestimenta ex holoserico multo ita , licet aeris injurias a corpore ma- ar clarius : Illa, quae in sexu fœminino- tas , five fit animi, five corporis , exin- videtur, quod destinatus fit negotio cui- accurato ordine & exquisitissimis mo- it levissimus in eodem commissus error ansam præbere possit.

ad negotium proliferationis . quod one inter utrumque sexum fuit divisum, iscrimine. Nolo verba Viri cujusdam qui tam parum conferre ait Marem ad nis, ut vix, quasi Virum se præstisset Patris nomen , hoc tamen experientia er tot momenta eundem actui isti enses fœmina impendendos habet, us sit obtentus. Quando enim fœmi- cessit, qvod circa decimum quartum contingere afolet, prius quam sub ne- illud amoris mutui sinu matris concre- pce hospitium, ne nutrimentum ipsi in

3